Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

159

I. Rubeis Monum. Aquilej. C. 70. Istriam porro, postquam in Marcham Carolus Magnus erexit provinciam, Marchiones proprii administravere, ac etiam Duces Carinthiæ. Tum Regum et Imperatorum largitate in ditionem Aquilejensis Patriarcha cessit: sed ipsam regere pervexerunt Carinthiæ Duces, aliique Germaniæ Principes. [Bertholdus de Zeringen anno 1062 Ducatum Carinthiæ et Marchiam Istriæ obtinuit. Utramque tamen anno 1073 amisit, succedente in Carinthia Marquardo Adalberonis Eppensteinii filio, + Dehinc Liutoldus 140 Marquardi filius patri in Carinthiam ~~in utraque provincia~~ successit. Hic anno 1090 ejus defuncti frater Henricus Carinthiam regere cepit, Istriam occupante Engelberto Comite Ortenburgi et Sponhemii, Henrici Ortenburgici, postmodum ab anno 1127 Carinthiæ Ducis, fratre: qui et ipse Ducatum post fratrem obtinuit anno 1130. Ita Rubeis C. 58. [Porro Engelbertus Istriæ usurpator anno 1112 cruento prælio victus est ab Henrico Eppensteinio Carinthiæ Duce et hujus fratre Voldarico Patriarcha: ubi refert Megiser Chron. l. 7. c. 44 ex Vic. Claudiani farragine rer. Carinth. [In diplomate, quo Fridericus I Imp. anno 1156 Marchiam Austriæ in Ducatum erexit, Pilgrimus Aquilegiensis Patriarcha -- Heinricus Dux Carinthiæ, Marchio Engelbertus de Istria, testes sunt. Engelbertus iste filium habuit Meinhardum. Nam in instrumento, apud Ughellum Ital. sac. t. V in Aquilej., quo Wernerus de Carisaco allodia donat monasterio Mosach, Anno Domini Mil. CL VIII Indictione octava. Hujus rei testes sunt Berwic Episcopus Concordiensis --- Hermannus frater ducis de Carinthia. Oldericus Comes de Hunnoburch. Meinhardus Comes de Istria et. Idem Engelbertus certe non fuit ille Ortenburgicus, ~~qui~~ anno 1112 ad Aquilejam ~~castro, anno 1130 Dux Carinthiæ profligatus, circa annum 1134 Monachus factus, anno demum 1142 defunctus est (vid. Pesler Ser. Duc. Carinth.). Sed neque filius ejus fuit, quia Engelbertus Dux filios reliquit Ulricum, Henricum, et Hermannum; qui sibi in Ducatu successerunt. Imo Hermannus iste, teste Chron. Augustensi apud Pertzium, ab anno 1161 ad 1181 Dux Carinthiæ fuit; nec tamen in Istria successit Meinhardo circa annum 1173 defuncto; sed potius Bertholdus Comes Andecensis ab anno 1161 ad 1181 dux Carinthiæ teste Chron. Augustensi.~~ Confundum igitur, Engelbertum Marchionem de anno 1156, non fuisse ~~cognatum~~ propinquum Ortenburgicis, ~~sed~~ quam Andecensibus Comitibus. Anno 1129 Pregrinus Patriarcha Aquilejensis ad preces Harturici Præpositi S. Stephani Aquilejæ Minghinardum Advocatum, filiumque ejus Henricum ejusdem Advocatiæ consortem jubet curare, ut

+ in Istriam Sigehardo Patriarcha Aquilejensi, qui eandem ab Henrico IV Imp. obtinuit, ~~paulo post anno 1077 MLXXVII~~ paulo post Henrico Eppensteinio Marquardi filio concessit in feudum. (Ughellus ~~Ital~~ Ital. sac. t. V. Burgardus de Casibus Mon. S. Galli c. 7.)

[Dehinc Istriæ Marchiones apud eundem Rubeis c. 57, occurrunt seculo XI, anno 1034 Voldaricus, anno 1040 Aica Vercellini et Vigurga Istriæ Comitum filia, et filius ejus Uderi...

Item paulo post cultor Aquilejensi de damnis satisfacere coactus, legitur apud Rubeis eodem c. 58. Factum id quidem Udalrico Patriarcha jam in senectute posito: nec tamen ideo ultra annum 1112 differendum est, ut quo senex certe fuit, qui circa annum 1077 (C. ~~MXXXIII~~ CI VIII) ~~1085~~ jam ~~ad eadem Patriarchatu devectus fuerat~~ Abbas S. Galli, paulo post Patriarcha electus fuerat teste Burcardo Sangall. de cas. S. Galli c. 7.

An filius ejus autagros fuerit, incertum est. Nepotem fuisse, contendit P. P. Pirchlich Archont. Carinth. filium vero illius Engelberti, qui anno 1130 Dux Carinthiæ, et circa annum 1134 monachus factus, anno demum 1142 defunctus est. Sed neque satis probat assertum, neque, cur Hermann, fratruelis Engelberti, Meinhardo circa annum 1173 defuncto in Istria non successerit, ostendit. Successit enim Bertholdus Comes Andecensis.